Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8453
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Rem uobis dico nouam nouam
nescientibus cetera quis scriptu
ras legunt & diligenter legunt
non nouam sed ea quae sciunt
Iacob xii filios habuit patri
archas · ruben · simeon ·
iudas leui · issachar · aser ·
& ceteros usque ad duodeci
mum legite in generatione
& numquam inuenietis de tantis
duodecim patriarchis ·
Vnum fecisse filiam sed totos
filios · dico uobis unum nesos
sitis oblituis camini · aser
filiam habuit saran · Iacob
habuit xii filios & unam filiam
sic in xii patriarchas
unus patriarcha unam tan
tum filiam habuit · hoc totum
quare dixi ut filios & filias
in scripturis spiritaliter
intelligere debeamus ·
Vxor tua sicut uitis habundans ÷
in latteribus domus tuae sicut uitis habundans ÷
uitis habundans plurimos botruos habet sicut
uxor nostra hoc est sapientia uxor nostra quae est ponsa est
Denique scribitur in alio loco
uenis soror mea sponsa ne
in eo quod dixerit sponsa
turpe aliquid intellege
re iungitur soror · utom
nis turpis amor excludatur

uenis soror mea Sed enim
amor est · & propterea tesoro
rem uoco & sponsam ea
Propterea te sponsum uoco
ut habeam uxorem & de te
filios faciam plures filios
plures quasi de uite botruos
quomodo uitis habet diuersos
botruos & una quidem radix ÷
sed longe lateque huc atque illuc
flagella diffundit & ipsa
flagella habent fructos suos
& in ipsis fructibus sunt bo
truei · & alios botruos
maios est · alius minos alia
maiora grana sunt alia minora
Sic & de sapientia quae est uxor
nostra · si tamen nunquam eam
demiremur plures nascun
tur botrues hoc uitis tuis
plurimae scae cogitationes
opera praeclara ·
Filii tui sicut nouella oliuarum
in circuitu mensae tuae ·
Legimus in alio loco & uinum
laetificat cor hominis · legimus
& in cantico canticorum
Venite fratres bibite & inebria
mini · & uinum quod laetificat
cor hominis hoc uinum carneum
non laetificat cor hominis
sed obruit & insanum facit